

*De Syllogismo modali,*

453

30. Conclusio 14. in tertia figura si alte-  
ra praemissarum est necessaria, altera con-  
tingens, sequitur conclusio contingens.  
Et quidem si altera est affirmans, & neces-  
saria, altera verò negans & contingens, se-  
quitur conclusio verè contingens: si verò  
negans est necessaria, affirmans verò con-  
tingens, sequitur conclusio contingens & de  
non inesse. Arist. *l. 1. pr. c. 22.* Monet hic ite-  
rum Monlorius, quod quando negans est ne-  
cessaria & affirmans contingens, sequatur  
contingens commune, & omnis generis, e. g.

*Contingit O. hominem ambulare.*

*Necesse est O. hominem esse animal. E.*

*Contingit Q. animal ambulare.*

*Contingit N. hominem ambulare.*

*Necesse est O. hominem esse animal. E.*

*Contingit Q. animal ambulare.*

*Necesse est N. hominem esse lapidem.*

*Contingit O. hominem esse album. E.*

*Contingit Q. album non esse lapidem.*

*& de non inesse.*

*Q. album non est lapis.*

Ff 3

Atque